



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 17. S. Cæsarius in Italia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

demnent. Hæc Epistola octavo Octobr. Sæculum VI.  
post Consulatum Felicis, id est, anno A. C. 512.  
512. data est.

### §. XVII.

#### *S. Cæsarius in Italia.*

Sub idem tempus Cæsarius Arelatensis Romam venit, nova enim exorta tempestas Virum sanctum in Italiam profici compulit. Urbs Arelatensis Regi Theodorico parebat. Apud eum iterum *Vit. S. Cæs.* accusatus S. Cæsarius, comprehenditur, *lib. I. n. 19.* & sub fideli custodia adducitur. Ubi Ravennam pervenit, Regiam intravit, salutavitque Regem, qui conspiciens Virum intrepido animo, & habitu venerabilem, assurrexit, detractoque a capite pileo honestissime salvum esse vicissim jussit. Tum interrogat, num itinere multum fatigatus esset, & quo loco Civitatis Arelatensis, Gothorumque, quos imposuerat, res staret. Postquam S. Cæsarius recessit, dixit Rex Theodoricus ad suos: *DEus puniat improbos, qui tam longum iter sine causa suscipere sanctum Virum coegerunt. Ipso ad me ingrediente omnibus artibus trepidavi, tanquam a vultu Angeli. Nefas est malum de Viro tam venerabili suspicari.*

Tum Rex in S. Viri Diversorium argenteam pelvim librarum sexaginta, trecentosque solidos misit, jussitque Mini-

*Hist. Eccl. Tom. VII. R stros*

Sæculum VI. stros Episcopum suo nomine salutare in  
A. C. 512. hunc modum: *Rex Filius tuus rogat te,  
 Episcope Sancte! ut vas hoc, quod tibi  
 donat, accipias, & in ipsius Gratiam u-  
 taris.* S. Cæsarius, qui præter Coch-  
 learia nulla alia supellecstile argentea ad  
 mensam utebatur, pelvim publice vendi  
 jussit, & pretio inde accepto multos re-  
 demit captivos. Hoc factum ad Regem  
 delatum, atque S. Episcopi fores tanta  
 pauperum multitudine angustari, ut  
 difficile esset accedere. Rex viri pie-  
 tatem palam laudavit; unde factum, ut  
 Proceres, & Senatores certatim Elec-  
 mosynas mitterent, per manus S. Cæsa-  
 rii distribuendas, & palam dicerent;  
 magnam sibi Gratiam Deum fecisse,  
 quod Virum Apostolicum videre licui-  
 set. Ita S. Cæsarius omnes illos, qui  
 ultra Druentiam amnem capti fuerant,  
 præsertim ex Civitate Arausiaca, libera-  
 vit; vehicula quoque, & pecunias ad suos  
 reddituris suppeditavit.

n. 20.

Ravennæ degebat quædam Vidua,  
 cujus Filius juvenis sub Præfecto Præ-  
 torio militabat, & parentem acceptis  
 stipendiis alebat. Is in morbum lapsus,  
 jam ad extrema deducebatur. Mater  
 accurrit ad implorandum auxilium S. Vi-  
 ri, qui cum supplicis preces repellere  
 non posset, ad ejus ædes venit, in terra  
 prostratus oravit, tumque discedens  
 Pres.

Presbyterum Messianum, qui tunc ei e-Sæculum VI.  
rat a Secretis, ibi reliquit jussum, ut se A. C. 513.  
moneret, quamprimum juvenis mentis  
compos fieret. Id factum post unius  
horæ spatium, aperuit oculos juvenis,  
dixitque Matri: *Vade, & gratias age  
Dei Servo, cuius precibus ad vitam re-  
dii.* Cucurrit illa, & ingentem lætitiam S. Cæsarius.  
lacrymis magis, quam verbis, professa  
rogavit Sanctum, ut filium suum secum  
in Galliam duceret, deinceps ipsi sem-  
per serviturum. Hujus Miraculi fama  
non totam urbem solum, sed & totam  
Provinciam pervasit. Imo S. Cæsarii  
nomen Romanis quoque innotuit, ubi  
necdum præsentem, tamen jam omnes  
Papa, Clerici, Magnates, populus ama-  
bant, & conspicere cupiebant.

Igitur Romam ivit, & accessit ad Sym-  
machum Papam, qui Pallium ei dedit,  
permisitque, ut ipsius Diaconi more Dia-  
conorum in Ecclesia Romana Dalmaticis  
uterentur; nam illo tempore Diaconi, S. Greg. L.  
& ipsi Episcopi Tunica tantum, quibus VII. ep. 113.  
angustæ manicæ, utebantur. In hoc i-to. 4. Conc.  
tinere S. Cæsarius aliqua a Pontifice Re-p. 1294.  
scripta obtinuit. Primum obtulit libel-  
lum supplicem, petens, ut aliqui abusus,  
qui in Gallia gliscebant, damnarentur.  
Respondit Papa in Epistola Decretali sex- Ep. 5. p. 1195  
ta Nov. Probo Consule id est anno 513.  
data. Ea complectitur Articulos sex,

R 2 &

Sæculum VI. & in primo, qui majoris momenti est,  
A.C. 513. Fundi Ecclesiæ alienari prohibentur, nisi  
 dentur Clericis de Ecclesia bene meri-  
 tis, Monachis, aut Peregrinis sustenan-  
 dis, ea conditione, ut iis, quoad vivant,  
 fruantur. Hic etiam Beneficiorum Ec-  
 clesiasticorum origo deprehendi credi-  
 tur.

*Sup. XXX.* S. Cæsarius illud quoque Romæ ob-  
 tinuit, ut Lis inter suam Ecclesiam, &

*§. 47.* Viennensem decideretur. Nam post-  
 quam Libellum obtulit, petens, ut Ec-  
 clesiæ Arelatensis Privilegia conserva-  
 rentur, Symmachus Papa jussit, ut id,  
 quod S. Leo cognita causa decreverat,  
 fixum ratumque esset. Tunc autem  
 decretum fuerat, ut Ecclesiæ Viennensis  
 Jurisdictio in Ecclesias Valentianam,  
 Centronensem, Genevensem, & Gratia-  
 nopolitanam tantum extenderetur, ce-  
 teræ vero, de quibus litigabatur, Epis-

*Ep. 9. p. 1309* copo Arelatensi subessent. Id apparent  
 ex Epistola Symmachi Papæ ad omnes  
 Episcopos Galliæ 13. Nov. anno 513. da-  
 ta, in qua hortatur, ut sua Jurisdictione  
 contenti eam Potestatis Sæcularis auxi-  
 lio proferre non præsumerent. Petiti

*ibid. p. 1310.* etiam S. Cæsarius, ut Episcopus Aquen-  
 sis suis Mandatis sive eum ad Synodum  
 vocaret, sive alia in causis Ecclesiasticis  
 imperaret, obtemperare teneretur. Re-  
 spondit Papa in Epistola 11. Junii anni se-

quen-

quentis Senatore Consule data, in qua **Sæculum VI.**  
**Ecclesiæ Arelatensis Prærogativas con-**  
**firmat, jubetque, ut S. Cæsarius omni-**  
**bis Causis Ecclesiasticis Galliæ & His-**  
**paniæ invigilet, Episcopos, ubi opus fue-**  
**rit, convocet, atque Episcopi absque i-**  
**psius Licentia Romam non eant.**

**A. C. 514.****§. XVIII.***Symmachi obitus. Hormisdas Papa.*

**D**ata hac Epistola Symmachus Papa  
 uno tantum Mense superstes fuit,  
 obiitque 19. Julii eodem anno 514. post-  
 quam sedisset annis 15. & octo ferme  
 mensibus. Sepultus est ad S. Petrum,  
 vacavitque Sacra Sedes diebus septem.  
 Quatuor Ordinationibus Romæ peractis  
 mensibus Decembri & Febr. Presbyte-  
 ros 92. Diaconos sexdecim, Episcopos  
 centum & septendecim creavit. Ali-  
 quas etiam Ecclesias ædificavit, in qui-  
 bus posuit Ciboria argentea, quorum  
 unumquodque centum viginti librarum  
 erat. Quippe ejusmodi Ciboria erant  
 Tabernaculis similia, atque columnis in-  
 nixa totum Altare obumbrabant. In  
 uno eorum visebantur Imagines Salva-  
 toris, & Apostolorum. (\*) Canticum  
*Gloria in Excelsis*, singulis Dominicis,

*Lib. Pont.*

R 3 &amp;

---

(\*) En usum pingendi Imagines Apostolorum  
 in veteri Ecclesia!